



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quadragesimale

Paoletti, Agostino

Coloniae Agrippinae, 1677

Summa Privilegii Cæsarei.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55672](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55672)

S U M M A
PRIVILEGII CÆSAREI.

Leopoldus, Divina favente Clementia, electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Bohemiæ, Dalmaciæ, Croatia, Sclavoniæ, &c. Rex: Archidux Austriæ; Dux Burgundiæ, Styriæ, Carniolæ & Witterbergæ, Comes Tyrolis, &c. Agnoscimus & notum facimus tenore præsentium quod cum nobis noster, ac Sacri Romani Imperii fidelis dilectus, Joannes Georgius Hertz, Bibliopola Viennensis humillime exposuerit, quem in modum opera quædam Patris Augustini Paolerti de Ment. Alano Ordinis monachorum sancti Augustini, Doctus omnibus viris præsertim Ecclesiasticis magnopere desiderata ac utilis foret, & primo quidem Quadragesimale ejusdem de magno Patriarcha S. Augustino cum copiosissima secundo Discursus Prædicabiles, tertio Discursus item Prædicabiles Dominici & sicuti aiebus de prima dicitur, usque ad Quadragesimam, quarto Sanctuarium, ac quinto denique Annuale & Martiale ejusdem ex Italica in Latinam quam sumptu suo traduci curare, ac typis excudenda dare constituerit, vereri autem æbebat, (ne quod fieri a selet) Typographi alii quæstus causa eadem opera fraudulenter ac magno suo dispendio imitentur, prælo committant, & strabant aquæ vendant, nosque proinde supplex oravit, ut in demeriti ipsius consilium ac super auctoris operibus privilegio nostro Cæsareo, sumptu nire clementer dignaremur, nos submissa pariter & æqua ipsius petitioni clementer annuendum censuimus, iudicium ac sententiam, animo bene deliberato, pro Autoritate nostra Cæsarea, omnibus & singulis Bibliopolis, Typographis, aliisque quælibet que librariam negotiationem exercentibus, serio interdiximus ac vetavimus, ne quis supra nominata opera ita ex Italica in Latinam linguam translata, intra decennium proximum à die quo nostra hæc literæ data sunt computandum, intra Sacri Romani Imperii, aut quorumcumque regnorum ac Dominiorum nostrorum hereditarium fines simili aut quovis alio typo, forma, modo, imitari, recedere, aut recudenda dare, aut etiam alibi excusa apportare, vendenda aut distrahere, sine ipsius Joannis Georgii Hertz hæredumve ejusdem consensu, palam vel occulte ausus, si quis autem fecerit, interdiximus ac vetavimus, ut si neglexerit aut violaverit, si non solum ejusmodi libris aut exemplaribus dicto Joanni Georgio Hertz, ejusve hæredibus ac magistratibus locorum ubi reperientur, vindicandis privari, sed etiam pro quavis supradictorum operum ita recensorum sumptibus apponatur specie decem Marcharum auri multam arario seu fisco nostro Cæsareo, ac que injuriam passus fuerit, æquo pendendam dare damnas esto, dummodo præfata tamen opera, bonis moribus, fidei, orti, honestæ, Cæsareæ nostræ Auctoritatis, sacrisve Imperii Constitutionibus, nihil contrarium adversumque in se contineant, & quæternam nimirum singularumque Sacri Imperii Regnorum ac Dominiorum nostrorum hereditarium subditis & fidelibus dilectis, tam Ecclesiasticis quam secularibus, cujuscunque status, gradus, dignitatis aut ordinis extiterint, præsertim vero iis, qui in magistratibus constituti sunt, vel suorum Superiorum loco aut nomine jus dicunt, justitiamve administrant, ne quæquam hoc Privilegium nostrum violare, spernere aut transgredi patiantur, sed si quos contumaces compererint, constituta a nobis multa auri & quibuscunque modis coerceri curent, nisi & ipsi met gravissimam nostram indignationem in se læcessere voluerint, testimonio litterarum manu nostra subscriptarum, & sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum, quæ dabantur in curia nostra Vienna die quarta mensis Martii, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo primo, Regnorum nostrorum mani Tertio, Hungariæ sexto, Bohemiæ vero quarto.

LEOPOLDUS,

(L.S.)

De Wildericus Baro de Walderdorff.

Ad Mandatum Sacræ Cæsareæ Majestatis Præpositi

J. WALDERODE.

AMM 12

Prædictus D. Joannes Georgius Hertz civis & Bibliopola Viennensis
sumus supradicti Privilegii Joanni Busao Civis & Bibliopola
INDE